

CUIUS SUPRA, UT VITENTUR DETRACTIONES ET INIUSTAE<sup>1</sup> PULSIONES.

[H. 16] Alexander episcopus omnibus divino sacerdotio fungentibus pax et misericordia multiplicetur et sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur et fructificetur<sup>2</sup> in domino.

- 5 Gratia dei sumus, fratres carissimi, id, quod sumus. Idcirco nobis praevindendum<sup>3</sup> est et oppido<sup>4</sup> decertandum<sup>5</sup>, ne in ea vacui inveniamur, sed eadem nobis cooperante gratia fructum domino plurimum reportemus<sup>6</sup>. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientia<sup>7</sup> scrutando eiusque praecepta lectionibus et hymnis meditando atque eo adminiculante<sup>8</sup> <sup>9</sup> implendo, orando, vigilando et voluntatem eius, in quantum ipse largitus fuerit, perficere studeamus.
- 10 Nec eandem<sup>10</sup> neglegendam gratiam nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim<sup>11</sup> sine simulatione in nobis<sup>12</sup> esse et apparere debet, quia omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Qui vero diligit eum, in deo manet<sup>13</sup> et deus in eo, unde et apostolus ait: Nolite iudicare, fratres, in invicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum<sup>14</sup> fratribus vel scandalum. Et dominus inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne
- 15 facias. Et alibi: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis<sup>15</sup> discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Et Salomon ait: Sacrificium salutare est attendere<sup>16</sup> mandatis et

---

**Quellen:**

2-4: *Alexander - domino* sec. I Petr. I. 2.

5: *Gratia - sumus*, I Cor. XV. 10.

10: *Nec - tribuit*, I Timoth. IV. 14.

11: *Dilectio - simulatione*, Rom. XII. 9.

11f.: *quia - est*, I Ioann. III. 15.

14f.: *Quod - facias*, Tob. IV. 16.

**Rezeption:**

5-17: *Gratia – iniquitate*: Coll. Ans. ded. VIII,30.

---

<sup>1</sup> INIUSTE] *korr. aus IUSTE N442; VD38*

<sup>2</sup> fructificet *V630*

<sup>3</sup> praevindendum *VD38*

<sup>4</sup> *interlinear* valde *VD38*

<sup>5</sup> *am Rande* pugnandum *VD38*

<sup>6</sup> reportemus *korr. aus portemus O93*

<sup>7</sup> sapientiam *V630; I83; VD38*

<sup>8</sup> *am Rande* auxilinate *VD38*

<sup>9</sup> amminiculante *korr. aus ammiculante VD38*

<sup>10</sup> eadem *O93; N442*

<sup>11</sup> enim *fehlt VD38*

<sup>12</sup> vobis *V630; korr. aus nobis in nobis I83*

<sup>13</sup> manet *I83*

<sup>14</sup> *am Rande* lesionem *VD38*

<sup>15</sup> estis *I83*

<sup>16</sup> *am Rande* implere mandata *VD38*

discedere<sup>17</sup> ab omni iniquitate. [H. 17] Summa<sup>18</sup> enim iniquitas est fratres detrahere et  
 accusare. Unde scriptum est: Omnis, qui detrahit fratrem<sup>19</sup> suum, homicida est. Et omnis  
 homicida non habet partem aut hereditatem in regno dei. Et alibi: Cavete vos, fratres  
 20 carissimi, ne participes<sup>20</sup> efficiamini, quod absit, malis eorum. Et non solum vos cavete a  
 talibus, sed<sup>21</sup> et<sup>22</sup> alios cavere ab eis et avertere docete. De his enim dominus ait per  
 prophetam Micheam: Vae, qui cogitatis<sup>23</sup> inutile et operamini malum<sup>24</sup>. Ecce ego cogito  
 super familiam istam malum in cubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud, quoniam  
 25 rapuerunt et calumniabantur virum et domum eius, virum et hereditatem eius. Idcirco haec  
 dicit dominus: Ecce ego cogito<sup>25</sup> super familiam istam malum, unde non auferetis colla  
 vestra et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super  
 vos parabola, et cantabitur canticum cum suavitate dicentium: Depopulatione<sup>26</sup> <sup>27</sup> vastati  
 sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedet a me, cum revertatur, qui regiones  
 30 vestras<sup>28</sup> dividat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in<sup>29</sup> coetu domini. Ne  
 loquamini loquentes: Non stillabit super istos<sup>30</sup>, non comprahendet confusio. Dicit domus<sup>31</sup>  
 Iacob: Numquid abbreviatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne  
 verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? Et econtrario populus meus in adversarium

---

### Quellen:

15f.: *In - invicem*, Ioann. XIII. 35.

16f.: *Sacrificium - iniquitate* sec. Ecclesiastic. XXXV. 5.

18: Omnis - est, Ben. I. 40. (I Ioann. III. 15). Cf. Clem. 40, Anacl. 14.

19: *non - dei*, Ephes. V. 5.

22-35: *Vae - bellum*, Mich. II. 1-8.

### Rezeption:

17-19: *Summa - dei*: Anselm v. Lucca XI,37; Gratian C. VI, q. 1, c. 16.

17-21: *Summa - docete*: Coll. Ans. ded. X,34.

---

<sup>17</sup> discedere *korr. aus* discere N442

<sup>18</sup> *am Rande* magna VD38

<sup>19</sup> fratrem suum] fratri I83

<sup>20</sup> particeps O93

<sup>21</sup> sed et *korr. aus* sed O93

<sup>22</sup> et] et ad VD38

<sup>23</sup> cogitastis V630

<sup>24</sup> malum. Ecce ego cogito super familiam istam malum in cubilibus vestris] malum in cubilibus vestris. Ecce ego  
 cogito super familiam istam malum VD38

<sup>25</sup> adducam VD38

<sup>26</sup> *am Rande* Depraedatione VD38

<sup>27</sup> Depopulatione *korr. aus* Depulatione VD38

<sup>28</sup> nostras V630; vestras *fehlt* VD38

<sup>29</sup> *am Rande* in congregatione VD38

<sup>30</sup> iustos I83; VD38

<sup>31</sup> dominus I83

consurrexit, desuper tunicam pallium sustulistis eos, qui transiebant simpliciter, convertistis<sup>32</sup>  
 35 in bellum. Et econtra de his, qui accusantur vel tribulantur, per Naum prophetam confortans  
 eos sic loquitur dominus: Et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in se. Et in  
 diluvio praetereunte consummationem faciat<sup>33</sup> loci eius et<sup>34</sup> inimicos eius persequentur  
 tenebrae. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. Non consurget  
 duplex tribulatio, quia sicut spinae se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter  
 40 potantium<sup>35</sup>, consumentur<sup>36</sup> quasi stipula ariditate<sup>37</sup> plena. Ex<sup>38</sup> te exhibit cogitans contra  
 deum maliciam mente<sup>39</sup> pertractans praevaricationem. Haec dicit dominus: Si perfecti<sup>40</sup>  
 fuerint et ita plures, sic quoque attendentur<sup>41</sup> et pertransibit<sup>42</sup>. Affixi te et non affligam te  
 ultra.

[H. 18] Facile est, fratres, verbo fallere<sup>43</sup> hominem, sed non deum. Sapiens non est, qui  
 45 nocet, nec vir linguosus<sup>44</sup> in malum<sup>45</sup> si<sup>46</sup> dirigit in terra. Nihil vero mali vult, qui fidelis  
 est. Malo enim et pravo ingenio fides aliena est. Ait autem apostolus de infidelium  
 ignorantia: Si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent. Crucifigunt enim

---

### Quellen:

- 36-43: *Et - ultra*, Nah. I. 7-12.  
 44: *Facile - deum*, Xysti Pyth. s. 176. Cf. Zeph. 9, Ant. 8, Corn. 6, Melc. 5.  
 44f.: *Sapiens - nocet*, Xysti Pyth. s. 292. Cf. Corn. 6, Luc. 6, Melc. 5.  
 45: *nec - terra*, Ps. CXXXIX. 12.  
 45f.: *nihil - est*, Xysti Pyth. s. 203. Cf. Calist. 3, Pont. 6, Corn. 6, Melc. 5.  
 46: *Malo - est*, Xysti Pyth. s. 160.  
 46f.: *Ait - crucifixissent*, c. 13. conc. II. Hisp. Cf. Fel. I. pp. 15.

### Rezeption:

- 44-53: *facile – gloriam*: Coll. Ans. ded. X,35.  
 47f.: *Crucifigunt – persequuntur*: Deusdedit IV,312.  
 47-49: *Crucifigunt – patitur*: Gratian C. III, q. 1 c. 5 (s. auch 2. Alexander-Brief 4-10; 2. Alexander-Brief 24-28).

---

<sup>32</sup> convertisti I83; convertitis VD38

<sup>33</sup> faciet I83

<sup>34</sup> et] et in VD38

<sup>35</sup> am Rande bibentium VD38

<sup>36</sup> consumentur korr. aus consumetur O93; consumetur I83

<sup>37</sup> am Rande siccitate VD38

<sup>38</sup> Ex te] Ecce N442

<sup>39</sup> korr. aus mentem I83

<sup>40</sup> reperti I83

<sup>41</sup> attendentur V630

<sup>42</sup> pertransibunt VD38

<sup>43</sup> am Rande decipere VD38

<sup>44</sup> linguosus korr. aus lingosus N442

<sup>45</sup> malum si korr. aus malum O93

<sup>46</sup> se V630; VD38

dominum, qui eum in sacerdotibus suis persecuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum  
 vero cruciatum sustinet, qui vim<sup>47</sup> patitur, sed tamen beati, qui persecutionem patiuntur  
 50 propter iustitiam. Ecce ait Iudas apostolus: Veniet dominus in milibus<sup>48</sup> suis facere iudicium  
 et perdere omnes impios et arguere omnem carnem de omnibus operibus<sup>49</sup> impietatis eorum.  
 Haec, fratres, valde timenda sunt et perpendenda<sup>50</sup>, ne veniens unusquisque ad iudicium  
 poenam cum impiis recipiat, sed cum iustis gloriam. Quod<sup>51</sup> pius dominus praestare  
 dignetur, qui vivit et regnat per saecula cuncta. Data Kal. Maii Heliano et Vetere vv. cc.  
 55 cons. EXPLICIUNT<sup>52</sup> DECRETA ALEXANDRI PAPAE<sup>53</sup>.

---

### Quellen:

49f.: *tamen - iustitiam*, Matth.V. 10.

50f.: *Veniet - eorum*, Iud. 15.

53f.: *Quod - cuncta*, phrasis Augustini, cf. serm. 75. verb. evang. Matth. 22. no. 74. i. f. (5. app. p. 136).

54f.: *Nota cons. desumt. ex c. 1. vit. Alex. in libr. pontif.*

---

<sup>47</sup> vim patitur] compatitur V630

<sup>48</sup> am Rande subauditur sanctis VD38

<sup>49</sup> operibus impietatis] impietatibus V630

<sup>50</sup> am Rande consideranda VD38

<sup>51</sup> Quid VD38

<sup>52</sup> EXPLICIUNT DECRETA ALEXANDRI fehlt N442

<sup>53</sup> PAPAE fehlt V630